

necessario cogitare.

Quarta ratio physica. Natura, ad quam Athee confugis, aut est ratione praedita, aut rationis est expers? Si rationis est expers? Quoniam modo poterit haec omnia facere, quæ sine ingenio, sine consilio, fieri nullatenus possunt? Et quodnam erit hoc ens in mundo, non intelligens, & producens, & omnia faciens? Si ad eujuslibet rei, aut instinctum, aut propensionem, aut virtutem, recurris, illamque naturam appellas; supra has omnes naturas, aut dabitur natura superior, quæ illas regulat, aut non dabitur? Si dabitur? Haec est Deus. Si non dabitur? Et quomodo inter se non pugnant, & non destruntur? Et quare, inter se ordinantur, & non confunduntur? Et quoniam pacto in se ipsis perseverant, & non desinunt? Præsertim, cum rationis sint expertes, & consilii incapaces? Si vero natura est ratione prædicta? Haec, & non aliud, erit Deus. Audi opportune Lactantium, lib. 2. divinarum institutionum cap. 8., hæc eruditæ scribentem. Natura, qua dicitur, orta esse omnia, si consilium non habet, efficere nihil potest. Si autem efficiendi, aut generandi, potens est, habet ergo consilium; & propterea Deus sit, necesse est. Nec alio nomine appellari potest eius, in qua inest, & providentia cogitandi, & solertia, potestasque faciendi. Melius igitur Seneca, omnium Stoicorum acutissimus, qui videt, nihil aliud esse Naturam, quam Deum. Ergo, inquit, Deum non laudabimus, cui naturalis est virtus, nec illam didicimus exullo? Iomo laudabimus; quamvis enim naturalis illi sit, sibi illam dedit, quoniam Deus ipsa natura est. Cum igitur ortum rerum tribus naturæ, ad deoslibis Deo, in eodem luto bestians, versuram solvis. A quo enim fieri mundum negas, ab eodem plane fieri, mutato nomine, confiteris. Iterum Lactantium excipe, hæc apposite quoque lib. de ira Dei cap. 10., ac eleganter alloquentem. Natura, quam veluti matrem esse rerum, putant; si mentem non habet, nihil efficiet unquam, nihil molietur. Ubi enim non est cogitatio, non motus est ullus, nec efficacia. Si autem consilio suo utitur ad incipiendum aliquid, ratione ad disponendum, arte ad efficiendum, virtute ad consummandum, potestate ad regendum, & continendum, cur Natura potius, quam Deus nominetur?

Quinta ratio physica. Dæmones essi, aut negas Athee, aut concedis? Si negas? Negare etiam te oportebit, & artem magicam, & occulta cum Dæmonibus pacta, & mirabilia, quæ operantur Energumeni, lo-

PAR. I.

quentes variis linguis, quas nunquam didicerunt, & exercentes vires, quas fortissimi homines superare non possunt. Negare, insuper debebis omnes Spiritus, quos tamen esse ex temetipso fateri cogeris; quum materialis substantia nequeat cogitationis esse capax, qualis es tu; quique proinde, non ut materialis, sed ut spiritualis, cogitas. Negare pariter adstringeris incantationes, maleficia, fortilegia, quæ nullo modo ad phantasiam, ad imaginationem, ad naturales morbos poteris referre, quum supernaturalem vim præferant, quæ nequeat a naturali agente superari. Si concedis? Si ergo Dæmones sunt, erit etiam Deus. Illationem hanc tibi facimus manifestam. Quid Dæmonum nomine concipit? Creaturas spiritualias. Quemadmodum ignorat creatura spiritualis non implicat, ita nec spiritualis Creator implicabit. Ad perpetuum ignem damnatas. Sed a quo damnatas? a Deo. Jam ergo concedis Deum. Si spiritualis sunt; non potuerunt per generationem esse productæ. Crearæ ergo fuerunt. At quis alias præter Deum potuit eas creare? Nam ergo Athee, ut, si Dæmones concedis, velis nolis, debes hoc ipso admittere Deum.

Ad Rationes modo mathematicas devenientes, eas defumimus a doctissimo Patre Mersenne, a quo etiam refert P. Boucat, easque propriis P. Mersenni verbis afferre, consultius judicamus. Prima Ratio accipitur ab Arithmetica, & in lib. in Gen. rat. 16. pag. 39. edit. Parisien. 1623. sic proponitur.

„ Porro quæcumque sunt, unum desiderant, „ velut suum principium; quoniam primum „ ab eo processerunt, in quod nunquam ea „ redirent, quæ multitudine gaudent, nisi „ ipsa multitudine gradatim exuerent. Exurge igitur anima christiana, illamque mysticam monadem, unitatum unitatem, simpliciter summatem, rerumque omnium semen, & centrum, mentis intuitu suscipit; „ in ea siquidem facile repertus, quæ in unitate prædicta, sed & alia plura; hæc enim „ est unitas, quæ mysticum concentum in mundo producens, eum ita movet, & regit, ut microcosmi compages exiliendo, „ veluti tripudiare videatur, hoc concentu stellæ, velut animatae choreas sempiternas ducere, quibus humani corporis consonantia quodammodo respondere valeant. Hæc „ est unitas, quæ cyphoris omnibus virtutem „ confert, sine qua quocunque cyphras appetueris, v. g. 00000., siue deinceps „ in infinitum, nihil prorsus efficient, nisi „ præcedat unitas. Quid, obsecro, sunt omnes

C 2 „ nes